aversando exclusis, ubi tamen aliis licitis venacionibus sit permissum; rusticis autem, quos agriculture tantum vacare oportet, omnibus prorsus venationibus interdictis.

[15.] Item quod in distribuenda generali subventione in iurisdictione tua formam serves tenaciter infrascriptam:

[a.] videlicet, quod de imponenda subvencione ipsa mandato recepto statim [ab] universitatibus singulis terrarum et locorum decrete tibi provincie, ut de nominibus omnium et singulorum tam in terris ipsis habitancium quam bona stabilia burgensatica ibidem habentium, licet ubilibet habeant incolatum, quaternum unum confici faciant, quem sub sigillis baiuli iudicis ac eorum et aliorum quinque proborum virorum eiusdem terre subscriptionibus roboratum ad te debeant destinare, quo recepto in quaterno distributionis seu taxationis subventionis predicte faciende ibidem omnes et singulos in quaternis ipsis notatos facias per taxatores includi; ita quod a taxatione subventionis ipsius nullus penitus sit exemptus. Quem quaternum cum quaternis particularibus taxationis predicte penes te retineas, in tuo raciocinio producendum.

[b.] Item quod per universitates easdem taxatores et collectores pro taxanda subventione ipsa eligi facias in singulis locis eisdem, tot videlicet, quot pro loci cuiuslibet qualitate iuxta quantitatem subvencionis ibidem taxande sufficere vi-

V exigas a, 4)

4) fehlt Reg.

5) baiuli Reg. iudicis ac